Opockie Coniuges Religioso Palczewskiemu Debent.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemyslien. Gnosi Stanislaus de Opolia Opocki et Constantia de Kuchary Coniuges lhmid. sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictioni busq. suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum per se in suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et praesertim Consors cum eiusdem mariti sui viri Tutoris Coniugalis personali assistentia et vtrinq. ad infrascripta recognoscenda consensu Religioso in Christo Patri Fratri Francisco in saeculo, in Religione vero Bonauenturae Palczewski ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci Conuentus Cracouien. et post fata eius toti Conuentui Cracouien. Ordinis eiusdem Sancti Francisci Summam Mille florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatiq. apud ipsum per se Recognoscen. pecuniis tenentur atque debent. Quam quidem summam suprascriptam Mille florenorum Polonicalium iidem suprascripti Recognoscen. Gnosi Opoccy Coniuges se suosq. Successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatorijs mobilibus et immobilibus summisq. pecuniarijs quibusuis habitis et habendis suprascripto Religioso in Christo Patri Fratri Bonauenturae Palczewski et post fata eius toti praefato Conuentui Cracouien. Ordinis Sancti Francisci Minorum Conuentualium nunc et pro tempore

existen(tes) hinc et ab actu praesenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime venturo realiter et in effectu soluturos et coram officio Actisque praesentibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Premisliensibus reposituros et relicturos, repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effideiussuros nec arestaturos, vel quovis alio modo solutionem summae eiusdem suprascriptae praepedituros et impugnaturos inscribunt et obligant praesentibus. Idque sub vadio similis summae Mille Florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes suis eorumque posteros supranominato Religioso in Christo Patri Fratri Bonaventurae Palczewski creditori suo totique conventui praefato nunc et pro tempore existen(ti) ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes Generosi Consortes Coniuges se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis summisque quibusvis pecuniariis praefato Religioso Creditori suo et post sera fata eius toti conventui praefato Cracovien(si) nunc et pro tempore existenti inscribunt et obligant praesentibus. ab eadem summa principali Mille Florenorum Polonicalium provisionem annuam a quolibet Centum per septem florenos Polonicales computando et numerando incipiendo solutionem eiusdem provisionis annuae a die et Festo Sancto Eorum Trium Regum in Anno millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime et immediate venturo eandem quotannis ad manus eiusdem Religiosi in Christo Patris Fratris Bonaventurae Palczewski et post sera fata eius totique conventus praefati Cracovien(sis) nunc et pro tempore existen(tis) mediante quietatione manuali dare solvere, et per suum proprium nuntium transmittere. Idque sub alio simili et speciali vadio.

vadio Summae Prouisionali correspondenti per eosdem Recognoscen
suis eorum posteros suprascripto Creditori suo et post sera fata
eius memorato Conuentui Cracovien nunc pro tempore existen in
casu contrauentionis submissioni suae praesen tam in toto quam in
parte vsque ad realem summae praefatae originalis persolutionem ad
soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadiis vel vadiis modo
praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua principali
ex praemissis non completa complenda summaque ipsi principa
li vna cum suis prouisionibus annualibus non soluta soluenda sibi
ti existentes memorati Recognoscentes Generosi Stanislaus
de Opolia Opocki et Constantia de Kucharzy Coniuges legitimi, si
ue eorum successores, ad instantiam praefati Religiosi in Christo Pa
tris Fratris Bonauenturae Palczewski Creditoris sui, et post sera
fata eius totius Conuentus praefati Cracovien nunc pro tempore
existen ad Officium praesens Castren Capitan Praemyslien ex
tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante sem
per in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, sun
parere, respondere, vadia praetacta luere, inscriptioni huic satisfa
cere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac su
os successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illud
Terminum primum peremptorium vti et alios omnes exinde
consequentes, causaque eiusdem Terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate, successorum legatione
intra vel extra Regnum militari seruitio ad munimenta ad exercit
vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis. Non
differendo. Ad quietationem praeterea vltra proximos Officii
praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem non
sibi recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum pro
sequutiones faciendo, et praemissa omnia poenis simplicibus

vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalis Iuris præ
scriptione Terrestri bello conuentioneq ac alio quibusuis Iuris re
medijs et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo eua
dendo. Hac sua præsenti personali mutua recognitione ad
præmissa omnia et singula mediante.

Feria Quarta post Festu Sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

24

Grochowski Castellanides Leopolien Sasinom Coniugibus obligat.

305

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmyslien Generosus Stanislaus à Grochow
cee Grochowski Castellanides Leopolien Sanus mente et corpore exi
stens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibus
uis proprijs et competentibus recedendo Præsenti vero Castren Ca
pitan Præmyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se suos
Successores ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plena
rie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per
expressum recognouit Quia ipse bona sua propria et hæredi
taria infrascripta videlicet medietatem bonorum villæ Sanocza
ny quæ et quanta vigore diuisionis officiosæ Se Recognoscen
tem concernit cum curia et prædio ibidem sitis in Palatinatu
Russiæ Terra vero præsenti Præmyslien iacentia, Cum omnibus per
tinentijs bonorum totius et integræ sortis suæ Iure dominio proprie
tate